

Milwaukee July 19th 1853.

Very Rev^d & Dear Sir!

You are probably aware that my
new Cathedral will be consecrated on
the last of July - the 14th Sunday p. Lent.

I need not say how much I would
be gratified if you could be present on
that occasion. Many of my Clergy would
also hail your arrival. I hope duties
will not prevent you from coming.

If you cannot come let Father Granger
appear as some other Father. My wish
to do is that favor. With sincere
affection & esteem from

V. Rev^d Father Sirin
St. Louis

Devised & written by
John Martin
Bishop of Milwaukee

Joannes Martinus Henni
Joannes Martinus Henni

Divina Miseratione et S. Sedis Apostolicae gratia Episcopus
Milwauchiensis

SALUTEM DICIT IN DOMINO

.....

Fili dilectissime! Valde laetati in Domino et gratias agentes ex intimo corde Deo Opt. Max. annuntiamus tibi, Ecclesiam Nostram Cathedralem, quam aliquot abhinc annos construere incepimus, nunc esse paratam ad consecrationem die ultimo hujus mensis, Dominica *XI*ma post Pentecosten, et *I*ma mensis Augusti. Una cum hac celebratione, quae ut dies sollemnis haberi volumus per omnes fideles hujus dioecesis Nostrae, exercitia spiritualia pro Clero Nostrò charissimo instituenda, et postea synodum dioecesanam celebrandam decrevimus. Quam ob causam omnibus et singulis presbyteris jurisdictioni Nostrae subditis sub obedientia canonica et cum omni auctoritate Nobis divinitus tradita mandamus et injungimus per praesentes literas, ut unusquisque, inquantum non obstat impedimentum quoddam, ut dicunt, physicum, ad Sedem Nostram in hac civitate Milwauchiensi perveniat usque ad vespas diei 26ti hujus mensis; nam etiamsi aegro quodam animo ferimus, hac ratione fideles per aliquot dies cura et sollicitudine pastoralis esse privandos, multo tamen majoris momenti esse duximus, Clerum Nostrum renovari iterum in spiritu mentis suae, se abdendo seorsum in solitudinem sanctam, quoniam nos omnes propter fragilitatem humanam juxta monitum beati Apostoli valde cavere debemus, ne, dum aliis praedicamus, ipsi reprobi fiamus, neque quemquam latet, nos, cum gratiam Dei, quae in nobis est per impositionem manuum, denuo resuscitaverimus, magis idoneos esse futuros ad obeundum ministerium sanctum, quod nobis creditum est a Domino ad salutem animarum. Quare te annunciare volumus populo in curam tibi tradito, te jussum esse huc pervenire ob gravem hanc causam die constituto, et iterum esse reversurum usque ad 7mum diem Augusti, Dominicam *XII*, p. Pentec.

Datum Milwauchiae die 5to Julii A. D. 1853.

NB. Quilibet secum afferat talarem, supperpelliceum, et barretum.